



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

23. Dies Decembris. Venit de cœlo magnus Medicus, quia per totum  
ubique jacebat ægrotus. S. August. sup. Joan.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

1028      *Christiani Militis*      Decemb.  
tales, montium sinus eviscerant. In memoria, & hor-  
tos prodis? Ecce ibi amo amabilitatem tuam, quam  
mihi frondosa silvarum, herbida camporum, hor-  
torum florida amoenitas, velut in imagine cogi-  
cendam objicit. Oceano, & fluctibus intatas? Ec-  
ce ibi amo Potentiam tuam, quæ undis litora cir-  
cumfundit, & usque eo minaces procellas cogit eli-  
fas retrò spumescere. In aërem Tediffundis? Ecce  
ibi amo sapientiam tuam; quæ nubes, & ventos, &  
pluvias, & tonitrua, & fulgura, & rores, & nebulas,  
& irides, incognito humanis mentibus artificio ex-  
cogitavit. Involvis te fœno, & paleis in stabulo? I-  
bi demum, te totum toto corde amo; illic enim mi-  
hi, quam alibi ulquam amabiliores, quia pro me vi-  
lior. Eris honorabilior in humilitate Bethlehem, quam  
Salomon cum omni gloria sua in Jerusalem. Plute  
admirabor inter stipulas fœni, quam inter stellas co-  
li. Plus me tibi obligabis, & fortius me tibi ligabis,  
tuis quibus involutus es pannis; quam si me locuple-  
tates omnibus totius mundi thesauris.

*Est, quo Christe jaces, fœtum, in terris mihi cœlum.*

### 23. DIES DECEMBRIS.

Venit de cœlo magnus Medicus, quia per totum u-  
bique jacebat ægrotus. *S. August. sup. Joan.*

Christus I.  
Medicus.

**A**nte Christi è cœlis descen-  
sum, quid erat mundus, ni-  
si ut probatica illa piscina, in  
qua jacebat multitudo magna  
languentium, cœcorum, clandorum, aridorum; quia  
necdum verærat ille, per quem cœci vident, claudi  
ambulant. Et quia Filius Dei necdum fuerat homo  
factus;

factus ; quilibet homo poterat dicere , quod infirmus ille. (a) *Hominem non habeo; cui, videlicet, sit illa potestas tollendæ infirmitatis.* Itaque in toto genere humano , (b) à planta pedis, usque ad verticem capitis, non erat sanitas : opus ergò fuit ; ut descenderet in piscinam, non Angelus; sed Deus homo, qui est charitas. Jam evoluta erant ultrà quadragesima tæcula, & neccidum Medicus. Tamen disfluebant liquidissimis gaudiis, suscipiendo illi Patriarchæ, & Prophetæ, vel vel ob promissum tantum Medicum, ejusq; Adventum ardentissimis desideriis expetebant, & cum clamore valido , atque ejulatu multo cœlum noctes, diesque pulsabant ; optantes rumpi cœlum, aperiri nubes; ut tandem veniret, & infirmis subveniret. Utinam tantum esset post ejus Adventum nobis gaudium; quantum illis, ad ejus Adventum fuit desiderium. Age Anime ! compone hominem ex maximo num Heroium dotibus, totum ex miraculis conflatum ; in quo uno esset sapientia Salomonis, fortitudo Samsonis, Pulchritudo Absolonis, fides Jonathæ, Castitas Josephi, Mansuetudo Davidis, & quæcunque alia, vel naturæ, vel gratiæ decora. Quis non anhelaret ad illius conspectum ? quis non ambiret illius uti commercio, & si posset, frui contubernio ?

II. Agnosce homo tuam dignitatem , æstima fœlicitatem. Venit tandem tam diu ; ut veniret desideratus , à tam multis tam multum expectatus , ab omnibus tot tæculis exoptatus : nec tantum venit in mundum, sed ad te in mundo , imò in te. Quis ille ? Cui efformando , tota se Dei Potentia, Sapientia, Bonitas impendit : sic ut illustrius opus nullum,

T II 3

ne-

(a) *Ioan. 5.3.* (b, *IJa. 1.6.*)

1030      *Christiani Militis*      Decemb.  
que Potestas ejus exequi infinita , neque perfectius  
Potentia excogitare , aut Amor æternus velle pos-  
sit. Deinde Pater ejus abjecit ad illius pedes omnes  
totius universi res à se procreatæ ; imò submisit illi  
omnes suas perfectiones in omni genere infinitas,  
permittendo arbitrio ipsius sanctissimæ Humanita-  
tis , Omnipotentiam ad patranda miracula qualia-  
cunque , & quotiescumque liberet : Bonitatem ac Mi-  
sericordiam , ad condonanda peccata : Sapientiam,  
ad judicandum. Cum hoc homine-Deo potest tibi  
esse continuum commercium , Miser ergò , & misé-  
rabilis , quisquis es , carum adeò aliquid esse po-  
rest ; ut præ Jesu , illud æstimare , ipsivè denegare au-  
deas ? Cœlestis Pater , nihil ei negat ; tu illi nihil non  
negas ; dedit illi totum suum Regnum ; tu illi ne cor  
quidem : dedit illi omnem suam gloriam , magnitu-  
dinem , Majestatem , thronum , & Omnipotentiam  
suam , cum ipso communicando. Nihil omnino fuit,  
quod pluris , quam Jesum faceret : ipsum elegit Prin-  
cipem Prædestinatorum : ejus amore , & reverentia  
mundo alias perituro pepertit. Jesus , primogenitus  
est omnis creaturæ ; cuius causâ , & in gloriam , eius  
Pater facit omnia ; nihilque negat , quod in Iesu no-  
mine petitur. Quonam itaque modo cor illi suum  
dare renuet luteis homuncio.

III. O ingrata anima , quæ nunc eo frueris , quem  
Sancti Patres inflammantissimis studiis concupisce-  
bant , eminùsque venientem amicissimè consolata-  
bant ! quomodo non præ magnitudine gaudii rum-  
puntur tibi omnes venæ ; præ amore totus , quantus  
es dissolvi ? Christus jam tibi natus est ; tibi pallus  
est ; tibi flevit in præsepio ; tibi mortuus est in pati-  
bulo.

decemb.

Tessera.

1031

bulo. Tuis, tu, oculis usurasti, tuisque tantum non manibus palpasti; admirabilia inventa nimis illius Charitatis, millies experta es, dum penitissimas medullas tuas, & intimum cor tuum, ad illud in amorem mutuum solicitandum subiit; & perlibenter, ipsissima mundi pulchritudo. Patris Imago perfectissima, gaudium Seraphinorum, & voluptas Angelorum omnium. Amabo vos, ô venerandi Patres, ac Patriarchæ! nunquid intueri optastis Justum Iustorum? Ego, qui peccatorum primus sum; sapientius tenui illum in corde meo; attigi illum labiis meis, & dedi illi osculum pacis. Quem videre voluistis? an desideratum cunctis gentibus? Illo ego jam beatus sum, illo potior, illum suavissime amplector. Quem videre voluistis? nonne desiderium colum æteriorum, & excelsissimorum Seraphim? Vidi ego illum abjectum, & humiliatum mei causâ utque ad opprobrium crucis: vidi genua flectentem, & advolutum pedibus vilium hominum, ipsiusque Proditoris Judæ. Quem videre voluistis? speciosum præ filiis hominum? Mecum illum habeo, comedique non solum cum illo; sed ipsummet, ac gustavi suavitatem ejus, favumque libavi, & panem Angelorum. Qui fitigitur, quod bona mea tam parum norim? quod non magis exultem, ac triumphem? quin gaudio exuberante dirumpitur peccatus meum? dum eo potior, illum possideo, arctisque stringo complexibus; (a) quem, multi adeò Prophetæ, & Reges videre voluerunt, & non viderunt? Et hæc omnia, ô ingrata anima, accepisti circa tua munera! potes laudare beneficia, & debes amare Benefactorem;

Tit 4

non

(a) Math. 13.17.

1032 Christiani Militis Decemb.  
non tamen te laudes; quia tibi benefecit. Quia,  
*Qui se laudat, Christi se munere fraudat.*

24. DIES DECEMB.  
Quanti te fecit Deus; ex his, quæ pro te factus est,  
agnosce. Bern. serm. i. de Epiph.

Iter in I.  
Bethleem.

**S**Idubites, ô homo, quanti te Deus  
fecit! vide, quid Dei Filius prote-  
xit factus? A novem mensibus, in  
utero Matris pro te homo factus;  
eras item pro te apparebit homo natus. Tandem ali-  
quando post diuturnam tot annos, lustrorum, Olym-  
piadum, sæculorum expectationem; post tot captivo-  
rum è limbo e julatus; Patriarcharum suspiria; Pro-  
phetarum vaticinia, cœli clamores, terræ gemitus;  
adest nobis, singulari Dei Præpotentis beneficio dies  
ille expectatissimus, antiquæ legis ultimus, novæ pri-  
mus; dies ad quem aspirantes, iam tot annis, & men-  
sibus; tot diebus, ac noctibus, irrequieto, ac indefi-  
so studio, & labore gemimus. Adest dies plenitudi-  
nis temporis; ad quem quasi ad horæ unius integri-  
tatem, & complementum, singula momenta in dex-  
tram, sinistramque partem, per singulos gradus ja-  
ctabantur; ad quem; quasi ad centrum mundani ho-  
rologii pondera indefatigabili motu ferebantur. Et  
Sol ipse dierum, atque annorum parens, eodem cur-  
sus iterum, iterumque; repetebat: si forte tandem ali-  
quando majorem illum solem aspiceret, qui tempora  
novit & momenta, ea que habet in sua potestate. Cir-  
ca quem, quasi cardiné versantur omnes dies sæculi,  
& qui eum præcesserunt, & qui deinceps secuti sunt,  
& qui porro orientur, & occident in omnes annos

cont.